



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Illegitimvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Canoni-  
carum  
obligatio  
ad resi-  
dentiā.

C A S V S X V I I .

**S**tatuit Carolus V. glor. mem. ad instantiam Canonicarum Montensium ad impedientes longas absentias (quia tunc ordinariē aberant tres vel quatuor annos) ut sint obligati a quoniam anno ad residētū sex menses sub pāna perdendi grossos fructus suarum prabendarum, vel pro rata temporis, quo excedent dictos sex menses.

**Q**VAERITVR, Virū virtute illius statuti, debent priuari dicti fructibus domicella, que superiori anno absuerunt ab oppido Montensi propter contagionem, sicut pratendunt sex vel septem domicella qua manserunt?

44

Absentes  
virgines  
ob p̄fem  
à Choro &  
urbe, non  
sunt pri-  
uandas  
grossis  
fructibus.

**E**xpensis verbis & mente Statuti Imperatoris, censemus non esse priuandas: supposito quod illi domicellis iudicio Medicorum fuerit notabile periculum infectionis, si mansissent in oppido eo tempore. Ratio est, quia contra hoc statutum non peccarunt. Non enim mens statuti fuit eas in notabili vita periculo obligare ad residentiam, sed solum quando absque incommodo grati possent residere. Hanc esse statuti mentem manifeste ex multis colligitur: Primo, Ex persona statuentis. Quis enim credat Imperatore tam dure & inhumane voluisse illas virgines tractare, vt etiam cū periculo vitę vellet eas residere, & nisi refiderent, priuare sua portione? Secundo, Ex conditione ipsarum virginum, quas non decet tam dure tractari. Tertio, Ex occasione qua hoc statutum est conditum: Non enim petiverunt illae dominæ tale statutum fieri propter eas que iusta de causa absentent, sed ad tollendum abusum, quo vnu vel plures annos pro arbitrio aberant. Hæc fuit tota ratio illius statuti condendi: ac proinde secundum hanc limitandum est & interpretandum. Ratione enim & finis legis est anima legis, vt recte dixit Baldus in L. Si quis seruo, C. de Furtis. Quartò, Idem colligitur ex eo quod possint ob causas longè minoris momenti, vt ob nuptias, baptismum, exequias parentum, & similes, abesse supra illos sex menses: Vnde contra rationem faret eis non permittere absentiam durante periculo vita.

45  
Veri bene-  
ficiarij eo  
casu non  
priuandas  
fructibus.

Denique non minus strictè obligantur Canonicī & alij beneficiarij ad residentiam, sed multò strictiùs; & tamen in tali casu non possunt priuari fructibus propter absentiam; vt docet Couarr. lib. 3. Variarum. cap. 13. n. 8. & Franciscus à Ripa in tract. de Pele p. 2. n. 145. quem citat Couarr. vbi dicit, quod absens à loco beneficij tempore pestis, præcipuis ac principales fructus percipere debeat; non tamen distributiones quotidianas, que solis presentibus dati confuerunt. Nos hinc solum de fructibus præcipuis agimus, non de distributionibus. Si Canonicī & alij beneficiarij qui multò arctius obligantur ad residentiam, non sunt priuandi fructibus maioribus propter absentiam tempore pestis, eo quod haec causa absentie sit iusta, multò minus priuandas sunt illæ virgines, quarum prebendas non sunt beneficia Ecclesiastica, sed subsidia honesta educationis. Valde enim inhumanum foret velle illas virgines nobiles & seculares statuto Principis secularis duriori

vinculo confingere ad residentiam, quam Ecclesia per suos Canones constringat Canonicos.

Dicit aliquis Dominæ seniores iam à viginti annis ceperunt hoc statutum seruare, cum eo rigore: ergo iam prescritione acquisuerunt ius 46  
*Non est  
contra eas  
prescri-  
ptum.*  
vt possint in posterum illud curare seruari.

Ad hoc respondet, non potuisse hoc ius privandi eas quæ tempore pestis essent absentes, prescribi intra viginti annos, cum intra illud tempus ille casus nisi semel, nempe superiori anno acciderit. Itaque nunquam hoc iure vix sunt, nec vñquani in huius juris fuerunt possessione; ac proinde non potest huius juris pretendi prescriptio, aut consuetudo, quæ requirit longi temporis possessionem. Imò nec refert quod propter absentiam ex morbo semel quandam priuarent; quia casus morbi est diuersa rationis.

Ex quibus omnibus concludo supra dictas domicellas ex vi illius statuti non esse fructibus prabendarum suarum priuandas, ne quidem pro rata temporis, quo absuerunt durante periculo predicto.

I L L E G I T I M V S.

C A S V S I .

**T**itias famulus Cay & Lucretia, viuente Caio ex Lucretia genuit Terentiam, que ideo spuria est. Mortuo Caio duxit Lucretia in uxorem Titius, & curauit Terentiam suam per Nuntium Apostolicum legitimari.

**Q**VAERITVR Primo, Virū Lucretia iuxta legem oppidi istius p̄fis tertiam partem honorum suorum dare Terentie, non obstante iure communī, quo prohibetur dare quidam spurijs præter alimenta.

**Q**VAERITVR Secundo, Si non possit dare in prauidicium liberorum Cay, virū poterit illi dare illam tertiam per fidicomissum?

**A** D Primum: Respondeo, Lucretiam non posse relinquere trientem suæ filiæ spuriæ. Est communis sententia Doctorum; vt patet ex Co*Negatur*  
uarruia de Matrimonio parte 2. c. 8. §. 5. num. 5. & Julio Claro l. 3. §. testamenti qu. 31. & alijs Probatore Primo, Authentica Licet, C. de Natural. lib. in fine: Qui ex damnato sunt coti, omni prorsus beneficio secludantur. Et Nouella 74. cap. 6. dicitur, Nulla eis participanda clementia est; & infra, Ut sciant nihil habituros paterna concupiscentie filii: huius autem Authentice dispositio est in vnu, & obseruanda in vtroque foro, vt docet Clarus, Couarr. & alij. Hinc colligunt DD. Si Pater spurio aliquid in testamento præter alimenta relinquat, nihil per hoc iuris illi acquiri, sed teneri in conscientia restituere legitimis heredibus; vt docet Couarr. nu. 11. & Molina dist. 168. quia per leges factus est incapax. Idem sentiunt omnes DD.

Dices, Istas leges loqui de patre, non de matre: *leges que*  
quare cū materia sit odiosa, non esse extenden*de patre,*  
dam ad matrem. *etiam de*  
Respondeo, Eas loqui in genere, Omnipotens *matre sunt*  
beneficio secludantur: sciant eos nihil habituros, vbi intelligi  
aperte excluditur etiam beneficium maternum. *genda.*

R. iiiij. Idem

**D**em aperte conuincitur ex L. Si qua illistris C. ad S. C. Orfianum, ubi dicitur mulierem illustrem, si proles habeat legitimas, non posse quidquam dare, vel testamento relinquere suo spuri. Denique, haec est communis sententia DD. Vide Co-  
var. §. 5. n. 20.

**D**ices, Cur mater non potest disponere de illo

**P**otius ex triente in spuri, cum possit in extraneum?  
**R**espondeo, Quia lex reddit spurios incapaces quam spuri parentibus accipiendi, idque in peregrini postulant nam adulterij; vt docet Clarus supra: ubi dicit, Pater spuri potest cuius in testamento relinquere, praterquam filio spuri; & filius spuri potest a quoniam, praterquam a patre, sibi reliqua accipere. Sub patre, etiam matre intellige a fortiori. Præterea si possit mater filia spuri relinquere trientem, plus ei relinqueret, quam legitimis prolibus: hoc autem iniquum est, docent DD. nam illegitimo etiam legitimo non potest maior portio relinquere, quam sit minima reliqua alicui ex legitimis; vt docent Additiones ad Iulium Clarum ex Decio, & alijs.

**A**limenta. Possunt tamen proli spuriæ relinquere alimenta si aliunde non habeat; vt patet ex Cap. Cum hys possint beret, de eo qui duxit in vxorem, quam per adulterium polluit. Est communis sententia DD. teste Couar. §. 6. num. 9. Quod si aliunde habeat, non potest ei quidquam relinquere; leges enim ne alimenta quidem illis relinquere volunt: quod Ius Canonicum moderatum est, vt parentes teneantur necessaria subministrare, non amplius; id est, quæ ad viuetum, vestitum, institutionem, habitationem, & similia sunt necessaria, spectata conditione personarum. Itaque si haec aliunde habeat, non possunt parentes ea dare. Idem docet Molina dist. 168. Itaque cum Terentia a patro religionem ingresso reliqui fint annui mille octingenti floreni & amplius, non possunt illi à matre aliae facultates ad alimenta relinquere.

**A**d Secundum: Respondeo, Lucretiam non posse per fidei-  
relinquat extraneo cum onere fideicommissi re-  
commisum sicuti filiae, peccat mortiferè; vt docet Molina  
spurijs & alii passim. Et heres si acceptet, promittens  
implere, similiter peccat mortiferè. Et si ex vi  
huius substitutionis hereditatē transferat in spuriā,  
totum est irritum, nec potest in foro conscientia retinere; vt idem Molina & ceteri DD.  
passim docent. Ratio est, Tum quia violent legem grauissimis poenis munitam; tum quia spuria  
est incapax, vt sic accipiat.

**Q**uid Lucretia sua-  
dendum. Sudendum omnino sentio Lucretiā vt ab hac machinatione deflatur: grauissima enim inde mala sequi possunt: nam supra modum offendit proles suas legitimas, totamque stirpem. Satis afflictionis illis dedit, primò per lapsum turpem; deinde per matrimonium cum Titio suo famulo, stirpe suā parum dignum. Tertiò, Per tam importunam exactiōē doris, ratione prioris matrimonij cum Caio, à legitimis prolibus sibi debitæ, quam ratione sua culpæ amiserat. Quartò, Seipsum, matritum defunctum, & consequenter totum genus suum infamando in tot Tribunalibus.

**A**ndo, Etsi proles legitimæ & generi cum ea quaudam transactionem (Appointement) fecerint, tunc cum non scirent se ratione illius culpæ esse liberos à solutione doris promissa per patrem; tamen Lucretia exigere non debet; quia ex ignorantia proprij iuris illam transactionem fece-

runt, non intendentes iure suo cedere. Vnde revera & in conscientia nihil iuris matri per talē transactionem acquisitum est; nec potest ex vi illius dotem à prolibus legitimis hæredibus mariti prioris petere. Itaque meritò à Confessario scrupulus illi esset iniiciendus in hac répetitione.

## C A S V S I I.

**I**llegitimus. Ex Titio Subdiacono & Caia soluta nati sunt mi Legi filij: impestrata dispensatione Titius & Caia timatio contrahunt matrimonium.

**Q**uæritur I. Virū filij ex illis ante matrimonium nati, per matrimonium sunt legitimis?

**Q**uæritur II. Quis illos possit legitimare, si illo modo non efficiantur legitimis?

**A**d Primum: Respondeo, Non effici per tale matrimonium legitimos. Ratio est, Quia non sunt naturales, sed spurijs concepti ex copula sacrilega. Atqui soli naturales, (id est concepti ex parentibus, inter quos tempore conceptionis vel nativitatis non erat impedimentum dirimens) per subsequens matrimonium efficiuntur legitimis; vt communiter docent DD. & colligitur ex Cap. Tanta, qui filii sunt legitimis: ubi dicitur natum ex adulterio viri, non effici legitimum per subsequens matrimonium, etiamsi parentes postea contrahant, quia est spurius, id est, quia est ex coitu qui accedente consensu non poterat esse conjugalis. Vnde DD. idem colligunt de omnibus spurijs. Ita Panormitanus in illud Cap. Vide Couar. in Epitome 4. cap. 8. §. 2. num. 1. & sequentibus.

**A**d Secundum: Respondeo, Suam Sanctitatem non posse istos legitimare ad successionem hereditariam; neque ad officia secularia (nisi sint subditi in temporalibus) sed tantum ad spiritualia, nempe ad Ordines, beneficia & dignitates; excepto eo casu, quo causa boni communis potest. Pontificis se extendit indirecte ad exercendam iurisdictionem in alieno regno. Ut aperte colligitur ex Cap. Per venerabilem, qui filii sunt legitimis. Ratio est, quia legitimatio subditorum ad temporalia, pertinet ad supremum Principem ipsorum in temporalibus. Vide Couarruianus supra cap. 8. §. 8. num. 47. ubi id expressè docet, est que communis opinio, quæ seruatur in praxi; vt testatur Panorm. in Cap. Per venerabilem, nu. 22. Quanvis non sit improbabile si solum agatur de successione in bona illius Clerici, Pontificis posse legitimare; et quod bona Clericorum exempta sunt à iurisdictione Principis secularis. Contrarium tamen est verius, vt idem Couarr. ostendit num. 48. quia iurisdictione non est exercenda in Clericum, sed in Laicum, qui est subditus Principi seculari.

Sentio igitur nullum esse remedium, nisi vt petat legitimationem à Principe suo, qui quo ad ciuilē iurisdictionem alteri non subest.

Addo, Si h̄c in Belgio recepta esset Bulla Pij V. Bulla Pij qua statuit vt Ecclesiasticorum bona ad filios eorum ex sacrilegio natos non perueniant, opus fore dupli dispensatione, vt possint parenti Clerico succedere; Pontificis quidem, ratione illius Bullæ; Principis secularis, ratione habitualis ad succedendum absolute.

## C A S V S

## CASVS III.

Dispensatio illegitimi ad Ordines.

**Quidam Illegitimus ex Sacerdote & solita at-**  
**cepit Tonsuram absque dispensatione: de-**  
**inde ab Illustrissimo Nuntio petit dispensa-**  
**ri ad Ordines omnes & beneficia etiam Cu-**  
**rata: & in supplicatione narrat se per inad-**  
**uertentiam defeluum natalium coram Epis-**  
**copo subicuisse, quod falso erat.**

**Quæritur, An dispensatio obtenta non cen-**  
**seatur subreptitia?**

Dispensa-  
tio censu-  
tur bona.

**R**espondeo non censeri subreptitiam illam dis-

**P**rimò, Quia dispensatio Illustrissimi Nuntij non nititur illa inaduentia, sed meritis, & bona vita, ac doctrina supplicantis, vt expresse habeatur in instrumento dispensationis, ait enim: Meritorum tuorum intuitu speciem ribi gratiam facere volentes &c. Vnde nec addit clausulam (si ita est) sed absolute dispensat.

**S**econdò, Quia expressio falsi, & omissione veri, non vitiat dispensationem, quando alijs ex quo bene erat concedendus, vt communiter Doctores tradunt: Quia tunc error non est causa dispensationis, sed libera voluntas dispensantis. Atqui non est credibile Illustrissimum Nuntium fusile refusaturum dispensationem etiam sciuissit eum fraudulenter dictum suum non aperuisse Episcopo: ergo.

**I**lligitus potest acci-  
dere prima Ton-  
sura. **T**ertiò, Quia illegitimus nullo iure expresse prohibetur accipere primam Tonsuram, sed solù Ordines. Nomine autem Ordinum & ordinatio- nis non continetur prima Tonsura secundum D. Thomam, & communem Theologorum senten- tiam: ergo non fuit gravis culpa in accipenda Tonsura, qua meretur denegari dispensatione. Solùm prohibentur, illegitimi accipere Tonsuram ex consequenti, quatenus prohibentur accipere Ordines: & quatenus Tonsura est preparatio & dispositio ad Ordines.

Illigiti-  
mitatis  
dispensa-  
tio ad  
Religio-  
nem.

## CASVS IV.

**T**itius Religiosus dimisissus est ob impedimen- tum tori illegitimi cum haberet dispensatio- nem Illustrissimi Nuntij, sed per imperitiam & errorem impedimento non satis ex- presso.

**Q**uæritur Primò, Aneget noua dispen- satione ad celebrandum?

**Q**uæritur Secundò, An posset uti officio sui Ordinis, & An teneatur ad alia pecu- liaria choro?

**Q**uæritur Tertiò, An posset matri suc- cedere?

**Q**uæritur Quartò, An posset repetere 500. florenos, quos monasterio dedit?

10 Non eger-  
dispen-  
tione ad  
celebra-  
dum falso  
in foro con-  
scientia.

**A**d Primum: Respondeo, Ex eo quod Titius sit dimisissus ab Ordine sine sua culpa, non eget dispensatione ad celebrandum: Sufficit enim ea dispensatio per quam poterat celebrare in Ordine. Et quamvis in rigore Iuris, & in foro exter- no illa dispensatio Illustrissimi Nuntij pateretur difficultatem, tamen in foro conscientia, & ex

exquisite est admittenda: quia constat Nuntium voluisse tollere omnē impedimentum tori illegiti- timi, tam ad Ordines, quam ad beneficia, vt sup- ponio ex casu proposito: & ita de facto conferi de-bet ablatum: etiamsi per imperitiam & errorem impedimentum non fuerit satis expreßum; præ- fectim concurrentibus, tot circumstantijs. Vnde in foro conscientia non est opus noua dispensa- tionem: nisi forte ex illa dimissione rex esset pate- facta; & oriretur scandalum apud aliquos qui vi- derent cum celebrare.

**A**d Secundum: Respondeo, Cum Titius sit verè Religiosus, & valide profesus, potest uti Officio approbatum sui Ordinis; cumque sit electus ab Or- dine, non tenetur ad alia peculiaria choro, vt ad Officium defunctorum & anniversaria, quæ in choto celebrari solent.

**A**ddo Titium non videri justè electum: tūm, quia illa dispensatio sufficiens erat saltē in foro conscientia ad maiores Ordines; tūm maxime, quia monasterium seu Conventus illum tot annis retinuit; & honorauit varijs officijs; etiam postquam innotescere ei capit eius impedimentum; & ita visus fuit ei hoc condonare, & eum de no- vo implicitè admittere. Si volebat eum dimitte- re, debebat id facere statim re cogniti, vt multis iuribus & exemplis ostendi potest.

**A**d Tertiū: Respondeo, Eti probabile sit ille- gitimum talem posse mati succedere; tamen Ti- tius cum sit Religiosus, non potest ei ab intellecto suo nomine succedere: Si tamen ab amicis aliquid possit gratis obtainere, non tenetur Conuentum, à quo expulsus est, certiore reddere. Quia tamen Ius successionis quod ipse habebat, per professio- nem in Conuentum translatum est, posset ipse pe- titā veniā à conuentu, nomine Conuentus exi- gere suam portionem, & ea vivere; reseruato eo quod superesset post mortem pro Conuentu.

**A**d Quartū: Respondeo, Cum Titius non fue- rit legitimè electus à Conuentu, potest exigere & repetere illos 500. florenos quos Conuentui de- dit; & Conuentus tenetur illos restituere.

Potest uti  
officio Or-  
dinis.

Non con-  
sideretur  
electus.

Non potest  
succedere,  
quia Reli-  
giofus.

13 Tenuit  
conventus  
restituere  
aceptum.

INDULGENTIA ET  
IVBILÆVM.

**CASVS I.**  
**Quantas qualesque Indulgentias posset dare**  
**Archiepiscopus?**

Indul-  
gentia  
Arch-  
episcop-  
alis.

**D**ico Primum, Archiepiscopus potest dare Indulgentias 80. dierum. Ita Henr. lib. de Indulgētis c. 32. Ratio esse potest, quia Episcopis conceduntur à Concilio 40. dies: æquum ergo est vt Archiepiscopo duplum concedatur.

**D**ico Secundò, Potest dare Indulgentias per- petuas, id est, singulis annis recurrentes. Ita Pa- ludanus dist. 20. quest. 4. & alij. Ratio est, quia nusquam id ei prohibetur in Iure. Per se autem potest in sua dioceesi, quod Papa in tota Ecclesia, nisi Iure limitetur, vt docent Sotus & alij.

**D**ico Tertiò, Potest dare Indulgentias pro co- dem opere sepius repetito, præfertim diuersis die- bus. Ratio est, quia nusquam prohibetur.